Quelle: https://manuscripta.at/?ID=896
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Eodem anno facta est dissensio inter papam et cesarem Karolum
qui Prage morabatur. Obiit et dux Albertus secundus post
alleri etatis sue anno 59. Contractus autem 20 annis
extitit et nec ambulare nec palpare potuit ut paliciones Gemnik
per multorum regum ac principum extitit salutaris. Sepultus
Gemnik in claustro Carthusiensium quod construxit et mag-
nifice dotavit. Reliquit vero primogenitum suum
Rudolfum: secundum Fridericum: tertium Albertum: quartum
Leopoldum. Videns autem Rudolfus se heredem ad cesarem
festinat. Secundo propter pestilenciam cum ibi moram faceret cum socie-
tate sua non poterat Viennam regredi et multa corpora
sanctorum que comportaverat cum in Suevia esset cum multis
prelatis in Viennam venerat suscepit. Item Stephanus Meyssaw
de Meyssaw marschalchus Austrie duxit in uxorem
comitissam de S. Georgio vel de Ungaria.

Anno domini mccc° etc. 59: Videns dux Rudolfus se
confirmatum in ducatum Austrie amovit omnes
qui prius in curia astiterunt et novos instituit offi-
ciales. Item exactores magnas a civibus collegit et appreciavit.

Circa festum S. Georgii obiit dominus Otto de Meyssaw. Sepul-
tus est in sua fundacione in Sancto Bernhardo. Karolus
autem imperator volens concordare regem Anglie cum rege
Francie sed nequivit. Item Iudei in magna persecucione Iudei
habebantur propter pestilenciam quasi ab ipsis procederet
ex certis toxicacione in fundaciones plurimarum per totam